



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Miseretur alienorum malorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

sacris hominibus ventitabante, nunquam omittebat cohortationibus piis ad virtutem incendere. Et quidem de sacro Capuccinorum Ordine duos sexto ante obitum die ita est allocutus. Patres non mediocri afficio gaudio, quod in optimo statu versemini, & eiusmodi vitam viuatis, quæ alios trahat exemplo. Vos igitur obtestor, ut cœptū magno animo persequamini, & cursum tam salutarem consummetis. Similia pios alios adhortabatur viros, quos magnopere semper veneratus est, & sermones cum eis de adipiscenda perfectione iucunde contulit. Cum ægrotaret Miseretur alienorum malorum Franciscanorum Custos nihil curare aliud videbatur: adeo frequens percunctabatur de illo, precesq; pro eius valetudine instituebat. Cognita autem morte Vicarij Friburgensis vehementissime ingemuit, quod utiles Ecclesiæ viri eriperentur, ipse verò iam inutile pondus relinqueretur. Acceptis literis ex Inferiore Bauaria, quas nobilis femina per certum nuntium miserat, opem implorans aduersus Dæmonem, quo vexabatur: seque ipsam Friburgum mox venturam testificās, modo speraret superstitem inuenturum, ubi eas literas legit, confusus cum graui suspicio, Heu quem

Cc            me,

me, inquit, homines faciunt, cum tam multi sint  
 illic docti, idoneique viri. Nec tamen quicquam  
 sumpsit quietis, donec rescripsit, remedia quæ-  
 dam proponens, ac deinceps pro ea preces ad De-  
Sua equissimo  
animus tolerat.  
 um promere non cessauit. Tantam in malis alie-  
 nis cum adhiberet misericordiam, parem adhi-  
 bebat in suis patientiam. Omni tempore benedi-  
 cebat Deum: semper Dei laus in ore eius. Totum  
 corpus, sed pedes fœdissime intumuerant, Laus  
 Deo, aiebat, quod tam pinguis sum. Cumq; mor-  
 bus ingrauesceret, semper laus Deo sit, augescit  
 morbus. Quicquid ei adhiberetur ministerij, cō-  
 tentus erat; Deoq; laudes, & gratias persoluebat.  
 Forte per longiorem absentiam fratris, à quo cu-  
 rabatur, lapsus è sella, cum vires ad se se erigēdum  
 non sufficerent, diu sic humiliacuit: vbi ille rediit,  
 & subleuatus est, vñ hoc dixit, Gratias ago Deo,  
 quod me tandem solum reliquit: sed nihilo minus  
 inter nos, quæ adhuc fuit caritas, posthæc perma-  
 nebit. Interrogatus quare semper benediceret  
 Deo, non & aliquando suas cum eo miserias que-  
 reretur, statim subiunxit, Non mi frater: Ego sem-  
 per Deum etiam in aduersis laudare consueui.  
 Attenuatū sic erat corpus, vt nec sedere iam, nec  
 recum-